



Universitätsbibliothek Paderborn

**F. Cornelii Cvrtii Cæsarei Consiliarij et Historiographi
Ordinis Eremitarum S. Avgvstini S. Nicolavs Tolentinvs
alijque aliquot eiusdem Ordinis Beati**

Curtius, Cornelius

Antuerpiæ

35. Sanctimonialis ab obsidione infernali.

urn:nbn:de:hbz:466:1-37243

nidum sibi in extremo cubili facere : illa D. NICOLAVM continuo invocat , eaque voce fulminata inferni noctua per notam sibi rimauit , emansitque.

35. Virginum quoq; Cistertiensium
sacrum asceterium , cui S. Lucia
telaris est, in oppido S. Genesii caco-
dæmones oppidò infestum habu-
runt. Sedē illic sibi in Philippinā sa-
ctimoniali impuri hospites , elege-
rant , & tenuerunt annos non minus
quinque. Misericordum in modū vi-
go interim afflictari : neque tantum
plagis cædi corpus crudelissimè , sed
de mentis potestate quoque dejici
in ore illi Belial , aliaque Orcino-
mina esse , pluria denique horrende-
furere. Fortè quietis illi intervallo
dato , Divum NICOLAVM invoca-
tione in tutelam se committit ; de-
cernitque ligatis manibus pedibus
que nudis ad sepulcrum ejus pre-
regrinari. Jam Tolentinum pervenit
& tumbam accedit : at verò con-
nuò Dæmones abscedunt , & rel-
eto hospite atque hospitio , elege-
runt potius ad tormenta ignesque

suc
mi
atq
I
le
qu
mâ
biu
hab
lesd
pha
inq
cru
Fra
mu
len
exc
pro
stra
puo
guâ
inju
lâm
solt
fice
re, o
de
stu

suos migrare, quām à cognito ni-
mūm sibi hoste torqueri iterum
atque ustulari.

Illud, quām mihi scriptū fuit, tam
lectu horrendum aliis fore credo,
quod subjiciam. *Ariminum* in extre-
mā Flaminīa nobilis cōvitas cōno-
bium Augustinianum nō incelebre
habet. In eo, anno M. CD. LXXIX. ado-
lescentē religiosum, vocabulo *Ra-
phaëlem*, habitabant dæmones mali
inquilini, in hospitem suum tam
crudeles, ut nemo unus omnium
Fratrum esset, qui non torqueri si-
mul se cum *Raphaële* crederet. So-
lennia Ecclesiæ carmina adhibita,
exorcismi repetiti non tantūm non
profuere, ut cūm piaculari aquā lu-
straretur, in cælum quoque os im-
pudens aperire, & blasphemā lin-
guā in Deum & Divos horrendas
injurias jactare cogeretur. Hoc pa-
lām & coram multis. At verò cūm
solum eum haberent inferni carni-
fices; tunc immaniter eum torque-
re, distrahere, cædere, & pro incu-
de habere. Cœnobii ergo Præfe-
ctus, ut crudeles tortorum manus

36.
*Et Ariminum Reli-
gioſus frater:*

D 3 inhi-